

essente, atteso il numero considerabile de privilegiati, e Patentati, che in detta Nostra Città d' Ancona, o suo stato, e Contado dimorano, e tal volta sotto l'ombra del loro privilegio più facilmente si fanno indebitamente lecito di pregiudicare alla medesima nostra Città. Quindi è, che con questo nuovo nostro presente Chirografo, avendo primieramente qui per inserita parola per parola, e dal principio sino al fine, tutto il tenore dell' altro suddetto nostro Chirografo da noi segnato sotto il detto giorno de' 14. del corrente mese di Settembre, e tutte, e singole concessioni, Capitoli, Deroghe, deroghe di Deroghe, ed ogni, e qualunque altra cosa, da Noi fatta, e concessuta a favore di detta Nostra Città di Ancona, quali cose tutte s'intendano, e vogliamo che s'intendano qui repetite parola per parola, e dal principio sino al fine, ed in tutto e per tutto confermate, ed approvate, siccome di nuovo, quando anche bisognasse, le confermiamo, ed approviamo in tutto, e per tutto. Vogliamo, dichiariamo ed ordiniamo, che niuna persona affatto eccettuata s'intenda, o si possa intendere esente immune o non compresa sotto la suddetta distribuzione de Sali volgarmente detta *Cartella* ancorchè la persona, o persone, ed anche i Luoghi, Comunità, Università, Monasteri, Collegi, Conventi, Seminari, ed altri simili, che pretendessero di essere esenti sieno Laiche, o Laici, Ecclesiastiche, o Ecclesiastici, Secolare, o Secolari, Regolare, o Regolari di qualunque Ordine, Istituto e Congregazione quantunque delle Undici, e della Compagnia di Gesù, Chierici della nostra Camera, Camerali, Ministri ed Officiali del nostro Palazzo Apostolico, Cavalieri di Malta, e di S. Stefano, e di qualunque altro Ordine Militare, Patentati del S. Ufficio, della S. Casa di Loreto, della Rev. Fabrica di S. Pietro di Roma, e di qualunque altra Congregazione, o Tribunale, anche Collegiato, Familiari de' Rini Cardinali, Arcivescovi, Vescovi, Prelati, anche assistenti alla nostra Cappella, e loro rispettivi Officiali, Ministri, Assittuari, Coloni, Patentati, anche addetti, e soggetti al continuo servizio, e generalmente niuna persona affatto eccettuata di modo tale; che la espressione, o specificazione della qualità delle Persone non induca mai eccezione a favore di quella qualità di Persone, che non sia stata da noi specificamente espressa, e denominata servendoci per la totale osservanza, ed esecuzione della dichiarazione contenuta in questo nostro Chirografo, di tutte quelle clausole, e ciascheduna di esse, che si contengono nell' altro suddetto nostro Chirografo de' 14. corrente quali novamente dichiariamo, e vogliamo, che qui si abbiano, come espressamente, formalmente apposte, espresse, e ripetite, anche rispetto alle facultà da Noi concescute a Monsignor Governatore di Ancona, e di lui successori, per potere procedere, tanto congiunta-

mente, che separatamente con voi, e colli vostri Successori. Non ostante che le Persone, che avessero, o potessero allegare di avere, circa le sudette cose, qualche privilegio, non siano state chiamate, e non sieno state sentite, poichè questa è la nostra precisa e deliberata volontà. Volendo, che il presente nostro Chirografo, vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto: esecuzione, e vigore con la semplice nostra sottoscrizione, benchè non si ammetta, e non si registri in Camera, secondo la Bolla di Pio IV. nostro Predecessore de *Registrandis* alla quale, oltre alla Bolla, Moti Proprii, Brevi, Chirografi, anche per via di nuove Permissiōni, Concessiōni, ed altri qualunque Indulti nostri, e de Nostri Predecessori a favore di qualunque persona quantosivoglia Privileggiata, Privileggiatissima, che per comprenderla si ricercasse di farne una espressa, & individua menzione benchè muniti di decreti irritanti, ed altre formule, e clausole; anche derogatorie più esfrenate, insolite, & inusitate, che avessero bisogno di espressa specificazione, e che si dovessero registrare di parola in parola, Decreti Camerali, Leggi Civili, e Canoniche, Statuti, Riforme, Stili, Usi, Consuetudini, anche immemorabili confermati, e confermate in forma specifica, dalla santa Sede, e qualunque altra cosa che facesse, o potesse fare in contrario, avendone di esse, e di tutte, e ciascheduna di esse il tenore, qui per espresso, e di parola in parola inserita, e registrato, supplendo noi colla pienezza della nostra Potestà Pontificia ad ogni vizio, e difetto, quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire, per questa volta sola, e per la piena, e totale esecuzione di quanto si esprime nel presente, e nell' altro suddetto Chirografo, anche con pienezza di Derogatoria delle Derogatorie, ed alla Regola della nostra Cancellaria *de non tollendo Ius quæsitum* ampiamente, pienamente, ed espressamente deroghiamo. Non intendiamo, come nell' altro suddetto nostro Chirografo nè vogliamo che s'intenda, o possa intendersi fatto pregiudizio alcuno alle ragioni, che in qualsivoglia modo competono alla nostra Reverenda Camera Apostolica. Dato dal nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo di 20. Settembre 1737. Clemens Papa XII.

§.5. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat prædicti exponentes præmissa, quo firmius subsistant, Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiti summopere desiderent. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & ab-

Prædictas syngraphas confirmat Pontifex.

Restitutio seu nova erectio Provinciae Regni Hiberniæ Fratrum Ordinis B. M. de Monte Carmelo strictioris observantiæ dudum reviviscentis cui adjudicantur omnes Conventus nunc existentes, & imposterum recuperandi.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis officii, quo Catholica Ecclesia per universum Terrarum orbem diffusa regimini, divina dispositione præsidemus, sollicitudo nos admonet ut felici, prosperoque Christianifidelium, qui e fluctibus seculi in portum vitæ Religiosæ confugerunt, gubernatio, atque directioni, etiam per Provinciarum, ubi olim florentes, & idem quod orthodoxa Religio accepit, detrimentum passa iterum benedice bonorum omnium largitore, revirescere cœerunt, restitutionem, sive novam erectionem providere interdum studeamus, sicut locorum, personarum, & temporum qualitatibus mature perpensis, ad Dei gloriam, & Religionis incrementum, atque animarum salutem expedire in Domino arbitramur.

Exordium.

§.1. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni Agens Venerabilium Fratrum Catholicorum Antistitem Regni Hiberniæ, & Procurator dilectorum itidem filiorum Fratrum Ordinis Beate Mariæ de Monte Carmelo strictioris observantiæ nuncupatorum ejusdem Regni, quod Fratres prædicti Ordinis anno 1260. tempore Henrici III. Regis, ut asseritur, Hiberniam ingressi, ita Religiosæ vitæ, ac doctrinæ exemplis populos illos in ejusdem Ordinis venerationem perduxerunt, ut tempore Eduardi IV. sive I. Andegavensis Regis circa annum 1303. in Provinciam coalescentes ad triginta duos Conventus habuissent, ac per tercentos, & amplius annos quamplurimos viros Ordinis prædicti virtutibus, ac literis insignes Sacris Infulis fuisse decoratos memoria traditum sit.

Ordo Carmelitarum olim in Regno Hiberniæ florens.

Instituta inibi Provincia.

§.2. Subinde autem propter persecutionem Catholicis ab asserta Regina Elisabetha motam, insidiamque Fratribus præfatis, aut occisis, aut fugatis, Provincia illa extincta fuit; Postmodum vero Fratres illuc redeuntes, adusque Cromwelli Tyranni, a quo penitus deleti fuerunt, tempus perdurarunt. Sub Jacobo II. clar. medum vixit Angliæ, & Scotiæ VII. Rege iterum restaurationem aggressi cum ipso etiam Rege patrum solum relinquere ab intruso Guillelmo III. coacti se in Gallias receperunt.

Temporum varietate extincta.

§.3. Denique ad propria reversi, & in dies Deo propitio, crescentes, sub cura, & auxilio Provinciae Reformatæ Turoniæ præfati Ordinis fuerunt, a qua præclaris Charissimi in Christo filii nostri Jacobi III. Magnæ Britanniæ Regis Illustris, & dilecti itidem filii nostri Josephi Renati, dum viveret, tituli S. Laurentii in Lucina Prefbyteri.

Resurrexit postmodum hæc temporibus Ordo.

Juxta eam ubi que judicandum esse declarat.

Contraria tollit.

Dat. die 8. Octobris 1737. An.VIII.

solutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Chirographa nostra præinserta cum omnibus, & singulis in eis contentis, & expressis, ac inde legitime secutis, & secuturis quibuscumque, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus. Illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robor adiciamus, ac omnes, & singulos Iuris, & facti, ac solemnitatum quarumcumque tam ex Juris communis, & Constitutionum Apostolicarum, necnon dictæ Civitatis, aliorumve quorumvis Statutorum, eorumque reformationum, & novarum additionum præscripto, quam de stylo, & consuetudine, seu alias quomodolibet in similibus etiam de necessitate observandarum, & alios quoslibet, etiam quantum vis formales, & substantiales defectus, si qui in præmissis, seu eorum aliquo principaliter, vel accessorie, aut alias quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dicenti, censeri, vel prætendi possent, supplementum, & sanamus, ac penitus, & omnino tollimus, & abolemus.

§.6. Decernentes eadem præsentibus literas, & in eis contenta quacumque semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sique in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Camerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, nec non Camera Nostræ Apostolicæ Præsidentes Clericos, Thesaurarium generalem, ceterosque Officiales, & Ministros, nunc, & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & desiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.7. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non prædictæ Civitatis, aliisque quibusvis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis nec non omnibus illis, que in Chirographis præinsertis concessimus non obstat ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Octobris 1737. Pontificatus nostri Anno Octavo.

1737.

byter S. R. E. Cardinalis Imperiali nuncupati Hiberniæ apud nos, & hanc Sanctam Sedem Protectoris studii, & opera separatis anno 1729. unus Generalis Commissarius, & Vicarius ex ipsismet Fratribus constitutus, datusque fuit, sub quo usque ad duodecim Conventus recuperati sunt: In Congregatione vero eorumdem die 23. Septembris proxime elapsi in Conventu Dublinensi celebrata novos Rectores Domorum eligentes, & suffragantes pene omnes in favorem Generalis Commissarii, & Vicarii, dilecto pariter filio moderno Priori Generali totius prædicti Ordinis preces obtulerunt, ut quamvis sola ipsis facultas sex simul eidem Generali Priori præsentandi inesset, tamen dictum Generalem Commissarium, & Vicarium sibi Superiorem designare, & confirmare mallet.

Fratres itaque PP. supplicant pro nova erectione Provinciae.

§.4. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat præfati Fratres proprium mendicantium Institutum adimplentes, ad pastorale animarum ministerium obeundum ab ipsis Archiepiscopis, & Episcopis, secum ibidem adhibeantur, atque adeo ab iisdem quoque præsulibus commendentur, ut quemadmodum ceteri mendicantium Ordines ibidem, & alibi propriam Provinciam obtinent, ita ipsis etiam suam Provinciam habere, Provinciam eligere, aliosque Ministros, & Officiales deputare, & omnia, sicut antea in more positum erat, facere, & constituere liceat, atque huius rei causa memoratus Prior Generalis prædicti Ordinis desuper præmissis expositulatus assistentiam quidem suam promittens, huiusmodi vero facultatem a nobis sibi esse impetrandam responderit: Nobis propterea Antifites, & Fratres præfati humiliter supplicari fecerunt, ut opportune sibi in præmissis providere, & ut infra indulgere de Apostolica benignitate dignaremur.

Concedit Clemens.

§.5. Nos igitur eosdem Antifites, & Fratres specialibus favoribus, & gratis profectui volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, attentis narratis, & audito dilecto itidem filio nostro Nerio S. R. E. præfata Diacono Cardinali Corsino nuncupato nostro secundum carnem Nepote apud nos, & sedem præfata eisdem Regni Hiberniæ moderno Protectore, cui hoc negotium commissimus, super veritate omnium supra expositorum informante Provinciam strictioris observantia præfati Ordinis totius Regni Hiberniæ sæpèdicti cum omnibus Conventibus nunc existentibus, & in posterum recuperandis, ceterisque annexis, & connexis in pristinum statum cum facultatibus

eligendi proprium Provinciam, Diffinitorium, aliosque Officiales, & Ministros deputandi, auctoritate Apostolica tenore præsentium restituimus, ac de novo, quantum opus sit, erigimus, & constituimus, ipsique Provincia sic restituta, ac de novo erecta Conventum Edemburgi olim Provinciam Scotiæ existentem perpetuo unientes, & adnectentes, Provinciali pro tempore præfata Provinciam Hiberniæ futuro facultatem quoque deputandi Vicarium Provinciam prædictam Provinciam Scotiæ, & Priorem prædicti Conventus Edemburgi, eadem auctoritate Apostolica tribuimus, & impertimur.

§.6. Insuper pro hac vice tantum eidem Provinciam de idoneis Priore Provinciali, & definitoribus providere volentes ac de infra scriptorum Fratrum expresse professorum fide, prudentia, charitate integritate, doctrina, vigilantia, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi, dilectos filios Matthæum a S. Eliseo in Sacra Theologia Doctorem alias Lyon, in Priorem Provinciam, ac Simonem a Sancto Stoc alias a Burth in Primum, Patricium a Sancta Maria Magdalena, alias Moans in Secundum: Jacobum a Nativitate alias Barnis in Tertium, Jacobum a Sancta Theresia alias Pendergat in Quartum Definitores dictæ Provinciam sic a Nobis erecta ad tempus, quo ejusmodi officia juxta regularia ejusdem Ordinis Instituta durare consueverunt cum omnibus, & singulis prærogativis præcipientiis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indulgentiis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, auctoritate, & tenore prædictis constituimus, & deputamus. Præterea pro proximo futuro Capitulo generali eisdem Matthæum in Definitorem generalem, ac Patricium a Sancta Maria Magdalena in primum, ac dilectos pariter filios Joannem Oneal in Secundum Socium, nec non Guillelmum Eleyrr in Vicarium Provinciam Scotiæ, & Priorem Conventus Edemburgi, ac Petrum a Pendergat socium, & secretarium ejusdem Scotiæ eadem auctoritate instituimus pariter, & deputamus. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, & singulis memorata Provinciam Superioribus Fratribus, & personis, ceterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut supernominatos fratres ad officia eis respective per præsentem demandata, illorumque liberum exercitium juxta earumdem tenorem præsentium recipiant, & admittant, eosque recognoscant, & illis in omnibus ad eadem officia spectantibus pareant, & obediant, saveantque, & assistant respective.

Primum Provinciam, ac Definitores creat.

Huiusmodi Literarum firmitas.

§.7. Ac decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectu inviolabiliter observari: sicque præ-

1737.

1737.

præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quid quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.8. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit Provinciarum Hiberniæ, & Scotiæ, & Ordinis prædictorum, aliisque quibusvis etiam Jramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dit. die 10. Octob. 1737. An.VIII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 10. Octobris 1737. Pontificatus Nostri Anno octav.

CCXIV.

Extensio, & ampliatio Constitutionis, quæ incipit: In Supremo Justitia Solio: contra Homicidas edita pro Statu Ecclesiastico ad Regna Hispaniarum.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inscriptio eorum tenorum in Bulla: In Supremo

§.1. Alias nos per nostras sub Plumbo Kalen. Februarii Anno Incarnationis Dominicæ 1734. Pontificatus nostri Anno Quinto ad competenda, & coerenda, atque ab hac Alma Urbe, totaque in temporali S. R. E. Ditione penitus avertenda, & eliminanda Homicidia, quæ a Viris sanguinum, Divini, humanique Juris oblitis, incredibili cum immanitate in dies magis magisque increbescente sæpissime patrari non sine gravissimo paterni animi nostri dolore, ac moerore inaudiveramus, Constitutionem, quæ incipit: In Supremo Justitia Solio: promulgavimus, in qua postquam omnes, & singulas Constitutiones a se. re. Pio II., Paulo II., Sixto IV., Julio II., Leone X., Julio III., Pio IV., Pio V., Gregorio XII., Sixto V., Gregorio XIV., Clemente VIII., Innocentio XI., Innocentio XII., ac Benedicto XIII., & quibusvis aliis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris adversus homicidas saluberrime editas approbavimus, confirmavimus, & innovavimus, illasque adversus quemcumque non usum, seu contrarium usum, qui quovis modo prætendi, vel allegari potuisset, restituimus, & plenarie reintegramus, quæ deinceps omnino, & inviolabiliter observari præcepimus, ac mandavimus.

§.2. Inter cetera in eadem Constitutione Bull. Rom. Tom. XLV.

tionem contenta hæc præscripta erant, tenoris, qui sequitur: Et quoniam experimento compertum est, administrationem, ac cursum rectæ, & expeditæ Iustitiæ, quæ Reipublicæ salus præcipue innititur, summopere ob turbam, vel ab excessivo numero privilegiorum vulgariter: Præfati: nuncupatorum, vel a minus recta intelligentia Privilegiorum concessorum proinde falsis, firmisque remanentibus Decretis, ac resolutionibus, quæ temporibus fel. pariter recordationis Urbani Papæ VIII., & dictorum Innocentii XI., ac Innocentii XII. Prædecessorum, aut alias quodcumque ea super re emanarunt, volumus, quod privilegium Fori nemini quorumcumque privilegiorum huiusmodi tam in Urbe, quam in reliquo Statu Ecclesiastico, prædictis Officialibus, aliisque privilegiatis a Congregatione pro tempore existentium ejusdem S. R. E. Cardinalium contra hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum, ac Ministris necessariis actu intervientibus Archiepiscopis, Episcopis, & Ordinariis præfatis, eorumque Curis dumtaxat exceptis, pro crimine homicidii suffragentur, sed dicti Privilegiati quatenus Clericali charactere insigniti, Ecclesiasticæ, & quatenus laici fuerint, Seculari Jurisdictioni subiacent: Reservantes Nobis facultatem declarandi quinam, quotque esse debeant veri familiares dictorum Archiepiscoporum, Episcoporum, & Ordinariorum, ac Officiales necessariis curis Ecclesiasticis verum, & actuale servitium præstantes.

1737. Statutum in ea, ut nemini suffragari valeat quodlibet Privilegium in casu homicidii.

§.3. Insuper quia ex illis etiam, qui in sortem Domini vocati sunt, quique aliis irreprehensibilis, & ab omni culpa, & macula immunis vitæ, ac virtutum exemplo præluere deberent, aliqui interdum reperiuntur adeo suæ vocationis immemores, ut impellente humani generis hoste pluribus etiam homicidiis manus suas cruentare non perhorrescant: Nos perverforum quorumcumque malitie obviandum esse, non indulgendum probe intelligentes, ad illorum quoque frenandam pervicaciam perpetuo itidem statuimus, quod Clericus Primæ Tonsuræ nullum Beneficium Ecclesiasticum obtinens, tamen conditiones Clericis huiusmodi a Concilio Tridentino præscriptas servaverit, ac fervet pro duobus tamen homicidiis animo delibato, & præmeditato per eum patris privilegio Fori, & Canonis in odium tanti excessus, & ad aliorum terrorem exuatur: & uti incorrigibilis omnino seculari potestati subiiciatur, ab ea tanquam laicus legitimis poenis plectendus: Clericus quoque in minoribus Ordinibus constitutus, nec pariter Beneficiatus, nec præscripta a Concilio Tridentino servans tam celebs quam conjugatus, in causis homicidii dicto privilegio Fori non gaudeat, eoque privatus remaneat, neque a proprio Episcopo, seu Ordinario, repeti, minusque habitum clericalem, quem indigne abiecit, reassumere possit nisi post totaliter expiatam admitti delicti poenam. Declaratio autem

Clericus Tensuratus secundum homicidii reus Fori privilegio non gaudeat.

Quo etiam privilegio privatus sit Clericus in minoribus Ordinibus constitutus, præscriptæ a Concilio Tridentino non servans.

1737. Dilectio autem an Reus ante patratum homicidium...

Bened. XIII. Laicos delibato animo...

Huiusmodi Benedicti Constitutionem...

De reate ad penam...

autem, an Reus ante patratum homicidium requisita a Concilio Tridentino...

§.4. Porro cum idem Benedictus Prædecessor animadvertens homicidia...

§.5. Nos ob gliscentem in dies quorundam Ecclesiasticorum nequitiam...

§.6. Ulterius ad varias Doctorum, qui eisdem Benedicti Prædecessoris mentem...

evenerit, in dicta Benedicti Prædecessoris Constitutione comprehensos esse...

§.7. Item declaramus omnes, & singulos prædictos tam laicos, quam Ecclesiasticos...

De modo extrahendi reos ab Ecclesia...

De Bannitis, & sententia contumacialis irretitis.

Constitutio prædicta: In Supremo: ad Hispaniam.

clæ, locove immuni sub pœna Excommunicationis late sententiæ nobis...

§.8. Quoties autem de jam bannito, aut in contumaciam damnato ex causa homicidii superius excepti...

§.9. Cum autem inter cetera, que in Tractatu viginti sex articulis...

& Charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici ratificationem...

§.10. Volumus tamen, ut sicut in nostra ditione Ecclesiastica, sola sententia Contumacialis...

§.11. Decernentes easdem præsentis literas, & in eis contenta quæcumque semper...

Regia extenditur.

Sola sententia contumacialis exhibitio...

Præsentium Literarum firmatas, & perpetua observantia.

Derogatio  
contrariorum

tate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.12. Non obstantibus præmissis, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, statis, usibus, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac quorumcumque Prædecessorum nostrorum literis, privilegiis, indultis, & facultatibus quibusvis etiam dictis Cardinalibus, eorumque Congregationibus, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuslibet etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus etiam Constitorialiter, vel alias quomodolibet in contrarium præmissorum, concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu qualibet alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi acti de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Terminus inditus ad hujusmodi Constitutionis vigorem inducendum.

Transumptis danda fides.

Dat. die 14. Nov. 1737. An.VIII.

§.13. Volumus autem, ut lapsis vigin-tiquaque diebus postquam præsentis literę per eandem Hispaniarum Regna ab Ordinario nostro, atque Apostolica hujus Sanctę Sedis in iisdem Hispaniarum Regnis Nuptio publicatę fuerint, omnes, & singulos in prælati Regnis existentes perinde ardeat, ac si unicuique eorum personaliter, ac nominatim intimatę fuissent, utque ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personę in Ecclesiastica dignitate constitutę munitis eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quę ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę.

Datum Romę apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 14. Novembris 1737. Pont. nostri Anno VIII.

CCXV.

Patriarcha pro tempore Ecclesię Ulixbonensis Occidentalis perpetuo conceditur, quod in Consistorio immediate sequenti ad ejus electionem, ac provisionem de Patriarchatu ad Cardinalitiam dignitatem promoveri debeat.

CLEMENS EPISCOPUS  
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

I nter præcipuas Apostolice ministerii nostri partes eam esse longe gravissimam nobis injunctam intelligimus, ut Hierarchiam divina ordinatione in Catholica Ecclesiã institutam, non solum semper stabilem custodire, & conservare, verum etiam majoribus glorię, ac splendoris incrementis, cum hæc ad divini honoris cultum magis adaugendum, ac Catholice Ecclesię decus promovendum plane redundatura fore Domino propiciamus; & confidimus, Apostolica sollicitudine, ac providentia cumulare satagimus.

§.1. Itaque cum Ven. Frater Patriarcha Ecclesię Ulixbonensis Occidentalis iis insignibus, & prærogativis a se. rec. Clemente XI., & Benedicto XIII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris primum ordinatus fuerit, ut profecto inter Ecclesiasticos Præfules, & Antistes plurimum excellat, hinc est, quod nos etiam congruum, & consentaneum propterea fore existimus, si Patriarcha præfatus per laudabilem providentię, & Indulgentię rationem, quam Apostolica hæc S. Sedes, quantum commode fieri poterit, in assumendis S. R. E. Cardinalibus habere consuevit erga Orthodoxas Nationes, inter eosdem S. R. E. Cardinales etiam per antedictę providentię anticipationem in posterum adnumeretur, quemadmodum ipsum quoque Charissimum in Christo filium nostrum Joannem Portugallię, & Algarbiorum Regem Illustrẽ de Catholica Religione multis nominibus, & præsertim ob eximiam pietatem, ac constantem, fidelissimamque erga Apostolicam hanc Sedem probatam observantiam, ac singularem sollicitudinem, studium zelumque in provchenda propagandaque ad instar omnium Portugallię, & Algarbiorum Regum Prædecessorum suorum apud barbaras, remotissimasque Gentes Catholica fide meritissimum, ac propterea omnibus Apostolice liberalitatis documentis dignissimum id ipsum sentientem desiderare accepimus.

§.2. Quamobrem motu proprio, nostro, & Successorum nostrorum, & Sedis Apostolice nomine, de nonnullorum etiam Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio concedimus, & indulgemus, ut memorata erga Catholice Nationes providentię suffragante, in Consistorio provisus, & electus pro tempore Patriarcha Ecclesię Ulixbonensis Occidentalis,

Procurium.

Causę concedi Privilegium, de quo in Rubrica.

Concessio.

talis, qui alioquin peculiaria juxta Constitutiones Apostolicas ad Cardinalitiam dignitatem requisita habere debeat, in amplissimum ejusdem S. R. E. Senatium in altero immediate sequenti Consistorio cooptetur, eique suo tempore, servataque consueta forma, unus ex Cardinalitibus titulis assignetur juxta Constitutiones se. re. Sixti Papę V. Quod si nulla adsit, eandem Catholicis Nationibus impertiendi Apostolice benignitatis gratiam opportunitas, tamen per anticipationem etiam non semel, & quoties opus fuerit, faciendam in Sacrum Cardinalium Collegium adfici, ea quidem lege statuimus, ut quoties vigore præsentium laudatę Apostolice beneficię testimonia accepit Natio Lusitana, toties nulla eidem obsecundandi ratio habeatur, cum opportuna gratificandi aliis Nationibus, aut Pontifici ipsi, qui Patriarcham S. R. E. Cardinalem declaraverat, aut sibi succedentibus pro tempore Summis Pontificibus se obtulerit occasio.

Non dandus locus Condiutoriz, nisi causis cognitis in Consistorio Secreto

§.3. Porro huic Pontificię nostrę concessioni providentięque motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, ac de Apostolice potestatis nostrę plenitudine inite tunc locum esse statuimus, cum supradictam Patriarchalem Ecclesiã Ulixbonensem vacare contigerit, translationibus, & dimissionibus omnino exclusis, nisi tamen ad dimissionem admittendam causa adeo urgens publica, & necessaria sit, ut serio expensã, neque etiam per Suffraganei Antistitis subsidium Patriarchalis Ecclesię indigentis occurrere possit, atque in secreto eorumdem Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Consistorio, ac ab ipsis pro tempore Romanis Pontificibus comprobetur; Siquę futuris perpetuo temporibus a nobis Successoribusque nostris servandum esse decernimus, & statuimus.

Hujusce concessionis firmitas.

§.4. Decernentes pariter easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces, fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; sique, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolice Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Sedis præfatę Nuncios, alioque quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, ac sancturos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantium derogatio.

§.5. Non obstantibus Apostolicis, ac in generalibus Conciliis editis Constitutionibus, & Ordinationibus super præmissis disponentibus, quas omnes quatenus præsentis Constitutioni in aliquo adversantur illarum tenores pro plene, & sufficienter expressis habentes, etiam si de illis specialis, specifica, expressa, & individua de verbo ad verbum non autem per clausulas gene-

rales idem importantes mentio faciendã esset, omnino abrogamus, abolemus, & annullamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Prælati, vel personę in Ecclesiastica dignitate constitutę munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio quam extra illud habeatur, quę haberetur ipsi præsentibus si forent exhibitę, vel ostensę.

Transumptis fides danda.

§.7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri Indulti, dationis, concessionis, derogationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Clausula.

Datum Romę apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicę millesimo septingentesimo trigesimo septimo, decimosexto Kalendas Januarii, Pontificatus nostri Anno Octavo.

Dat. die 17. Decem. 1737. An.VIII.

A. Card. Pro Dataribus.  
Pro D. Card. Oliverio  
C. Amatius.  
VISA DE CURIA.  
N. Antonellus.  
Loco \* Bullę Aureę.

CCXVI.

Extensio Indulti Magistris Generalibus Ordinibus B. M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum a Sede Apostolica concessi celebrandi in privatis Oratoriis Conventuum dicti Ordinis in quibus eos commorari contigerit, ad Exgenerales ejusdem Ordinis.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Josephus Mez Frater expresse professus in Sacra Theologia Magister, ac Procurator Generalis Ordinis B. Marię Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum, quod alias auctoritate Apostolica sub certis modo, & forma tunc expressis, tunc, & pro tempore existentibus Magistris Generalibus ejusdem Ordinis indultum fuit, ut ipsi in privato Domus suę habitationis intra Claustra Conventuum dicti Ordinis, ubi eos pro tempore commorari conrigisset, unam Missam pro unoquoque die per se ipsos celebrare libere, & licite possent, & valerent, & alias prout in Apostolicis desuper in simili forma Brevis expeditis literis; quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Concessio alias Magistris Generalibus Ordinis facta.

§.2. Cum autem, sicut eadem expostio subiungebat, indultum hujusmodi ad Exgenerales ejusdem Ordinis per nos extendi summopere desideret; Nos ejusdem

Extenditur ad Exgenerales.

Jose-